Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sumat origo resorbens
Resoluta sed ista seorsum
Soluunt hominē pimuntq;
Humus excipit arida corpus
Animæ rapit aura liquorem
Quia cuncta creata necesse est
Labefacta senescere tandem
Compactaq; dissociari
Yt dissona texta retexi
Hanc tu ds optime mortē
Famulis abolere paratus
Iter uiolabile monstras
Quo pdita mēbra resurgant
Vt dū generosa caducis
Ceu carcere clausa ligantur:
Pars illa potentior exstat
Quę germen ab ęthere traxit.
Si terrea forte uoluntas
Luteū sapit. & graue captat.
Animꝰ quoq; pondere uictus
Sequit̄ sua mēbra deorsum.
At si generis memor ignis
Contagia pigra recuset
Yehit hospita uiscera secum
Partitq; reportat ad astra.
Nam qd requiescere corpus
Yacuū sine mente uidemus
Spaciū breue restat ut alti
Repetat collegia sensus.
Yenient cito scla cum iam
Socius calor ossa reuisat
Animataq; sanguine uiuo
Habitaculaq; pristina gestet
Quę pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant
Yolucres rapient̄ in auras
Animas comitata priores
Hinc maxima cura sepulchris
Impendit̄ hinc resolutos
Honor ultimꝰ accipit artus
Et funeris ambitus ornat
Candore nitentia claro
Pretendere lintea mos est.
Aspersaq; myrra sabeo
Corpus medicamine seruat
Quid nā sibi saxa cauata.
Quid pulchra uolunt monumēta.
Nisi qd res creditur illis
Non mortua sed data somno
Hoc puida xp̄icolarum
Pietas studet utpote credens.
Fore ptinus omnia uiua
Quę nunc gelidus sopor arcet
Qui iacta cadauera passim
Miserans tegit aggere terrę
Opus exhibet ille benignum.
Xp̄o pius omnipotenti.
Quia lex eadem monet omnes
Gemitū dare sorte sub una
Cognataq; funera nobis
Aliena in morte dolere
Scī sator ille tobię
Sacer ac uenerabilis heros
Dapibꝰ iam rite paratis